

è nell' altare della chiesa di S. Cataldo. La XLI. è nelle scale di questa insigne collegiata. Sed exceptis duabus, quas inde edidit Aegyptius n. 215. 220 tertiaque Tricaricensi n. 127 servata in altera eiusdem Danii ad Aegyptium epistula, denique quarta n. 222, quam Averoldus a. 1716 Silvestrio Rovigensi misit acceptam ab Aegyptio, Grumentina Aegyptii perierunt. — Franciscus deinde Xaverius ROSELLI edito libro (*storia Grumentina* Neap. 1790. 8. pp. 150) ineptiis suis cum impudenti mendacio coniunctis incredibilem confusionem generavit. Facile quidem cavemus a propriis auctori fallaciis, ab Iano Oenotro et Porcino Iudaeorum deo polemarchisque et sistarchis, id est xystarchis; sed molestias creant genuini tituli permulti a Rosellio summa cum incuria descripti et summa cum inscitia interpolati, ut saepe ignores conflicterene cum falsario an cum interpolatore. Quare cum haererem in his tricis angereaturque animus re ita perplexa, non divinationibus sed oculis rem agenda esse intellegens, mense Decembri a. 1846 Neapoli Grumentum me contuli, ubi summa comitate et liberalitate ab indigenis adiutus cum lapides in hortis olim Danii nunc Ceramelli eo tempore residuos

(multi enim furto neglegentiae dicuntur periisse) tum alios per oppidum et agrum sparsos descripsi, praeterea perlustratis schedis Rosellii ab heredibus eius servatis praeter aliquot titulos ineditos certissima fraudis argumenta deprehendi. Quid quod aliquot titulorum duas recensiones repperi, fictam et refictam. Ita eo iam perventum est, ut inscriptiones de quibus non constat corruptaene sint an confictae, et numero sint paucissimae et nulla re graviore insignes, sepulcrales caedemque vulgares. Grumentum autem qui studia mea adiuverunt viri optimi, quorum memoriam grato et pio animo recolo, nolint mihi irasci, quod libere de Rosellio locutus sum et verus magis esse volui quam gratus. Veritati nulla opus esse excusatione ipsi optime sciunt homines liberales, neque aegre ferent ex annalibus splendidae coloniae Grumentinae expelli nugas pueriles. — Nuper canonicus Grumentinus Franciscus Paulus CAPUTI quae de patriis antiquitatibus strenuo studio collegit, eorum mihi copiam fecit tam per litteras quam per amicos; idem pleraque ipse edidit in ephemeride Potentina *il Risorgimento Lucano* m. Aug. et Sept. a. 1874.

201 [= 308] Saponarae in hortis Danii, ara.

HERC  
SAOCR

Descripsi.

202 [= 305] Saponarae in hortis Danii ANT., EGO. — Salae VALL. MAVR. MVR., Diani ALBIROSA, errore.

PIETAS · SECUN  
DI · CONTUBER · MAG  
ARCVM · ET · CANDE  
LABRVM · IVNONI  
5 D · S · D · D

Descripsi. Gatta *Luc. ill.* 1723 p. 51, *mem.* p. 93; Mur. 17, 7 a Tafurio, 125, 3 a Valletta; Antonini p. 304 ed. 1, I, 303 ed. 2; Maurus apud d'Orvillium ms. et ed. p. 600; Roselli p. 52; Albirosa p. 68; Macchiaroli p. 416 ex schedis antiquis. Henzen 6134 ex ed. 1.

3 M·AQ Gatta Mur. (utroque loco) Ant. Maur. Alb. — *Pietas Secundi contuber(nalis) mag(istra) arcum et candelabrum Iunoni d(e) s(uo) d(onum) d(at).*

208 [= 313] Grumentum in aede S. Laverii ad Sauram fl. VORSTIVS. Dove fu già Grumento MAN. Ego frustra investigavi.

IMP · CAESARI  
DIVI · TRAIANI · PARTI  
DIVI · NERVAE · NEP  
TRAIAN · HADRIANO · AVG  
5 PONT · MAX · TR · POT · III p. C. 119/20  
COS · III  
L · A QVILIVS · MAMIVS  
AED · PR · II VIR · Q  
OB · HON · AVGV R  
10 D · D

1 CAESAR Ros. — 2 PARTE Vat., PARTH Vorst. Ros. — 4 NER (in marg. P) Scal. (inde NER·P Grut.). — 4 TRAIAN·ADRIANO (HADRIANO Buch.) Vorst., TRAIANI·ADRIANO Vat. — AVG] MO Vat. — 5 POT] PONT Vat. — 7 L·NAQILLIVS Vat. — MAMIVS Vat. Ros. itaque in lapide legi aiunt Monachus et Danius, MANIVS Vorst. — 9 OB·HON·AVGV R (AVG Buch.) Vorst. Ros., OHBNO·AVGV Vat.

203 [= 307] Saponarae in hortis Danii.

(MEFITI · FISICAE)

Descripsi. Roselli p. 134. Henzen 5809 ex ed. 1.

204 [= 306] Saponarae in hortis Danii.

SOLI · INVICTO  
MYTHRAE · T · FL  
SATVRNINVS  
EVOC · AVGG · NN

Descripsi. Roselli p. 51.

Rosellius ut permulta peccavit, ita recte fortasse addidit 5 V·S·L·M.

205 [= 309] Saponarae nuper rep.; est in hortis Danii GATTA. Ibidem adhuc.

SILVANO · DEO  
SACR  
Q · VIBIEDIVS · PHILARGVVS  
MINIST · LAR · AVG · ET · AVG  
5 MERC · TECTVM · MENSAM  
LAPID · ARAM · VOTO · SVSC  
E · M · D · S · P · F ·

Descripsi. Gatta p. 259; Como apud Mur. ms. ep. 15 Sept. 1733, ed. 128, 6; Procaccelli ms. 1735; A. S. Mazochi syll. ms.; Roselli p. 50. Orelli 2467.

206 Saponarae in culina Raph. Giliberti.

(MP · CAES)  
(AVGVSTC)  
(PATRON · I)

Descripsit Brunn.

207 [= 312] tabula maxima litteris pedibus. Grumentum ante altare ecclesiae S. M. Assumptae ROS. Ancora intatta al suolo nella diruta chiesa di S. Maria l'Assunta CAP. KAIBEL. Sine loco inter Marsicanas BARRESE.

TI · CAESARI · DIVI  
AVGVSTI · F · AVGVSTO  
sic COS · PONT · MAX · TR · POT p. C. 15/6  
XVII  
5 D · D · P

Recognovit Kaibel. Roselli p. 133; Barrese ms. apud Iannellium; Caputi *risorg. Lucano* 10 Sept. 1874.

3 II post COS omisit quadratarius.

209 Grumentum.

furiae · SABINIAE  
TRANQVILINAE  
AVG  
COIVGI · D · N  
5 PVBL  
D · D

Servavit Manutius cod. Vat. 5237 f. 193'.

Versuum divisio mea est. — I ATAE·SABINI·TR·ANQVILINAE traditur.

210 [= 365] Saponarae in hortis Danii.

(TRIB  
PONT)

Descripsi.